

# RELECTIONES SALMANTICENSIS ACADEMIÆ IVVENTVTI IAM ante a publicè recitata.

AD TEXT. IN CAP. EX  
LITTERARVM 2. QUI CLERICI,  
VEL VOVENTES, ET CAP. SI VIR DE  
cognat spir. c. 2. de constit. in 6. cum alijs  
infra referendis.

A V C T O R E  
**DOCTORE PETRO BAIO**  
*Arroyo, viriusque iuris publico  
professore.*

SANCTISSIMÆ VIRGINI MARIAE  
(de la VEGA cognominata in hac vrbe Sal-  
mantina) absque labe peccati origina-  
lis conceptæ, dicata.

SALMANTICA,  
Apud HYACINTHVM TABERNIER, Typographum  
Universitatis. Anno m. DC. XXXIII.

---

Acosta de Antonio de Figueroa, mercader de libros.  
Vendese en su casa à la escalera de escuelas menores.

MAGISTERIUM  
 DOCTORIS  
**PETRI BAIO**  
 ARROYO, VTRIVSQUE  
 IVRIS PVBLICI PRO-  
 FESSORIS, RELECTIO.

AD TEXTVM INC AP. 2. QVI  
*Clerici, vel videntes.*



T maiori claritate Alexandri III. decretum explanari valeat, pro eius conclusione dicendum est; matrimonium à Subdiacono contrahere non posse: quod probatur ex cap. nullum, cap. decernimus deducto ex Concilio Romano cap. 5. celebrato sub Innocentio II. cap. quando Presbyteri transcripto ex Concilio Toletano IIII. cap. 26. Concilio Toletano II. cap. 1. dist. 28. Concil. Arelatensi II. cap. 2. Concil. Neocesarienti cap. 1. relato in cap. Presbyter 9. d. 28. dist. cap. Sacerdotibus, cap. eos 31. dist. cap. omnium Sacerdotum, cap. de illo, cap. Erubescant 32. dist. cap. Presbyteris, ibi: Presbytiris, Diaconis, Subdiaconis, & Monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdicimus, distin. 27. Concilio Rhemensi celebrato sub Eugenio II. canone 3. & 7. cap. 11. hoc titulo, cap. unico de voto & voti redem, in 6. Extrayaganti

**DOCTORIS  
PETRI BAIO  
ARROYO, VTRIVSQUE  
IVRIS PVBLICI PRO-  
FESSORIS, RELECTIO.**

**AD TEXTVM INCAPSIVIR**  
*decognat. spirit. cap. 2. de const. cap. 2. eod. tit. in  
 6. cap. extenore qui filij sint legitimi, cap. fin. qui  
 matrimonium accusare possunt, cap. Apostolicae  
 de clero excommunicato minist. cap. si  
 vero 4. de sent. excommun:*



N his iuribus, atque decretis, Pontifices  
 de ignorantia iuris, & facti loquuntur,  
 quæ materia lata, & difficilis est, in cu-  
 ius explicatione aliqui ex interpreti-  
 bus docent, ignorantia solum facti, non  
 verò juris excusare; alteri utramque ig-  
 norantiam, sive in iure, sive in facto ver-  
 fetur, à culpa, & pœna liberare tenent:  
 ergo verò sententiam eorum, qui igno-  
 rantiam iuris, & facti excusare docent, veriorem esse existimo.

probo, qui se venduntari passi sunt, emptores bonæ fidei damnum sentirent. Quibus sic suppeditis, respondendum est discrimen constitudo inter eum casum; quo duo insolidum hominem liberum emerunt, alter sciens, alter ignorans, & inter eum; quo pro parte tantum emerunt: primo casu ignorantia unius alteri non prodest, sed homo liber cum in solidum emptus esset, acquiritur totus bonæ fidei emptori, qua in specie loquuntur iure Consulij in d.l.nō solus s. sed et si, & d.l. fin. secundo autem ignorantia alterius scienti prodest, ut in d.l. liberis, s. si duo. Ratio est, nā qui ignoravit, cū maiorem partem habere nequeat, quam ipse emit, & emptio, & venditio hominis liberis pro parte consistere non valeret, hac de causa in totum valet emptio, & pars scienti acquiritur: exquis enim est, ut scienti quæatur pars, quam ut propter cius scientiam ignorans poena afficiatur, argumento text. in leg. cum hæreditate ss. ff. de acquirend. hæred. ita Cuiacius in d.l. 5. ff. de iuris & facti ignor.

42. Limitatur tamen prædicta sententia eo casu, quo servus suo nomine contractum celebrasset, tunc enim cius scientia, aut ignorantia domino nocet, aut prodest, cum in hoc casu persona servi, ut principalis attendatur: si vero servus nomine domini contractum celebrat, eius sciencia, aut ignorantia, nec domino nocet, nec prodest: nam hoc in casu persona domini inspicitur, l. 2. ff. delitigiosis, l. imo, l. sequent, ff. de liberalicauſa, i. sed et si i. 3. ff. de contrahenda emptione. Contra quod non obstat te x. in leg. cum mancipium, ff. de ædilitio edicto, ubi inquit Africanus in actione redhibitor la scientia servi domino indistincte nocere, sive suo, sive nomine domini, contraxisset: nam procedit specialiter in hac actione, in qua cum scientia emptoris semper inspiciatur, idcirco scientia servi indistincte domino nocet, ita Cuiacius loco citato.

43. Non obstante cetera argumenta pro ratione dubitandi adducta, nam eis supra num. 4. 25. & 26. satisfeci, quibus finitur nostrorum iurium materia.

Tiene licencia del Señor Licenciado Saldana; prouiso q̄  
fue desta Ciudad, el Doctor Pedro Bajo Arroyo, como co-  
sea de su original, dado á 14. de Febrero de 1633.